



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 6. Montani Cardinalis responsum ad hasce Cæsaris literas.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

Sæcul. XVI. rumque excidia, non mihi, sed huic Con.  
A.C. 1548. ventui, Concilii sibi nomen vendicanti, im-  
putanda, qui facillime juxta Canonum  
sanctiones malo huic mederi poterat.

## §. VI.

*Montani Cardinalis responsum ad has-  
ce Cæsaris literas.*

Pallav. l. 10. Denique declarabatur in hisce literis,  
c. II. n. 5. quod tunc, si Pontifex, ipsique Pa-  
Thu. hist. l. 5. tres salutem publicam sua culpa negligent,  
num. I. Steid. l. c. Imperator Ecclesiæ curam, ac tutelam in  
p. 700. se suscepturnus sit pro virili, quantum qui-  
Belcar. l. 25. dem jure licet, ac prout dignitati suæ Ca-  
num. 9. sareæ, Regiæque, & sanctorum Patrum,  
totiusque orbis consensioni est consentaneum.  
Tandem Oratores hanc, ut vocabant,  
protestationem absolverunt, postulantes,  
ut hoc Cæsaris mandatum, cuius ex-  
emplar scribæ tradebant, publico testi-  
monio firmatum in acta referatur. Ve-  
rum ad Velasci orationem nequaquam  
deerat responsum Cardinali Montano,  
qui mox ita perorabat: Ea, quæ a vo-  
bis Procuratoribus allata fuerant contra  
meam, Collegæque mei dignitatem, contra  
legitimam translationis rationem pro securi-  
tate, ac libertate Tridentina, vera non sunt;  
Deum hujusce rei testem appello, ejusdem-  
que rei certas probationes in tempore exhi-  
bebo. Ego quidem, atque Collega meus  
veri

veri sumus Apostolicæ Sedis Legati; Cæ- Sæcul. XVI.  
 sar, quod Cæsareæ Majestatis pace dictum A.C. 1543.  
 sit, filius, non arbiter, aut Magister est  
 Ecclesiæ: quocirca ipsum rogo, ut mutato  
 Consilio illi Synodo faveat, ejusque pertur-  
 batores reprimat, memor, hujusmodi homi-  
 nes, quacunque dignitate præditos, pénis  
 gravissimis subjacere. Verum quidquid tan-  
 dem continget, & quicunque demum Lega-  
 tis, ac Patribus terror objectabitur, nun-  
 quam nos libertati, dignitatique Synodi, &  
 Ecclesiæ deerimus, quinimo una cum Pa-  
 tribus paratissimo animo Martyrium potius  
 subibimus, quam ut consentiamus, exemplum  
 indui, quo Laicorum potestas vim inferat  
 Concilio, eique libertatem adimat. His  
 demum adjecit Montanus Cardinalis, quo-  
 niam autem hic vester libellus prolixior est,  
 hinc quarto post die redire poteritis respon-  
 sum accepturi; quod si vero tunc adesse re-  
 queritis, nihilominus responsum in lucem  
 publicam prodibit. Verum Cæsaris Pro-  
 curatores præstituta die non compare-  
 bant, sed altera die summo mane inde  
 profecti sunt.

### §. VII.

*Hoc responsum ante illius promulga-  
 tionem examinatum.*

Cum autem Legatus hoc suum respon-  
 sum tranquillo animo perpenderet,

I i 2 fatis-